



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Procancellariatum recusat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

reddenda fuit accepti & dati ratio: nec minorem <sup>stipendium</sup> <sup>repudiat.</sup> ea re integritatis, & abſtinentiæ, quam in cetera adminiſtratione caritatis laudem ac prudētiam tulit. Numerarunt ei pecuniam, quam pro more ſoluunt Reſtori: ſed conſtanter negauit accepturum ſequiquam. Neque enim morem ſocietati eſſe præmiorum id genus ſperare, aut recipere ex laboribus, ac muneribus ſuis. Conuerterent ipſi, ſi uellent, eam mercedem in alios pietatis uſus. Abunde ſibi eſſe, quod in diem ſuppetat uitæ neceſſitati. Viſi ſunt per ægre perſuaderi: ſed haud dubiè probarunt exemplum.

Maius inde certamen excepit. Adeo enim probata Viri opera in Reſtoratu: cum Cancellarij Vicarius deceſſiſſet, exarſerunt omnium ſtudia, ut Caniſius idem ſufficeretur, & ipſemet Albertus Bauariæ Dux, qui Guilielmo parenti uita perfuncto ſucceſſerat, ea de re quam potuit graues, & accuratas ad B. Ignatium literas dedit. Eſt autem Procancellarij munus eo loco ſatis amplum. Nam, quia Cancellarius Ingolſtadianæ Academiae idem eſt, qui Eiſtettensis Epicoſopus, cuius Dioceceſi Ingolſtadiana quoque Ciuitas contributa eſt; & alia paſtoralis curæ negotia cum diſtinent, cuncta



Academiae officia in Procancellarium recidunt. Ergo in magno is honore habetur, & praeter stipendia certa, Eistetti Canonicatum habet. Quae omnia quo magis ampla, ac quaestiuosa, hoc magis paupertatis, humilitatisque tenax Canisius refugit: eò etiam, quod procuratio illa in omnem vitam perpetua solet esse. Easdem ob causas Ignatius quoque disertè reiecit, id solum Duci largitus, ut (si qui fortè casus vrgeret) ad tres, quatuorue menses, citra honorum insignia, & stipendia, Canisius eas partes suppleret.

*Expetitur  
multas in  
oras.*

Dum autem tantum Ingolstadiani certant, ut eum virum Ciuitati alligent, Academiaeque suae, certabāt permulti ut ad sese, vel ad breue tempus elicerent. Inuitabatur à Praesulibus magnis in vicinas oras, maximeque in Saxoniam à Iulio Pflugio Episcopo Numburgensi ad miseras subleuandas gentes verbo Dei, & consilio ipsos Praesules dirigendos. Canonici quoque Argentoratenses ad sese summis precibus aduocabant, cum essent nuper ab Imperatore Carolo restituti suum in locū, vnde Lutherani per summā iniuriam, & impietate eiecerant. Cumque sui iuris negasset se esse Canisius, illi & ad Ignatium Romam, & ad Cardina-  
lem